Quelle:
Copyright:

Cod. LXII. deest

membran. 4to. Sec. 15.

1.
5.3.

Porphyrii Isagoge de quinque Predicabilibus Aristot.

1.

Porphyrii Isagoge de quinque predicabilibus Aristotelis. Titulus est: "Incipiunt ysagoge porfilii ad "Categorias Aristotilis". Initium: "Cum sit necessa"rium Grisaori (a) et ad eam que est apud Aristo"telem predicamentorum doctrinam nosse quid "sit genus quid species". Finis: "Sed sufficiant "etiam hoc ad descriptionem eorum comunita"tem et traditionem. Explicit liber porfilii". Cujus nostra ex Graeco latina sit versio, me latet, non esse Julii Facii, quo exstat in edit. Opp. Aristot. Du Vallii Paris. Fol. 1654. Collatio docet, Jo. Lassis Victorini Rhetoris, qui Isagogen Porphyrii latine reddidit. Convenit autem cum versione, quae typis prodiit Venetiis per Andr. de Asula 1483. Fol. in Biblioth. nostra A 2. 5.

(a) Chrysaori

Porphyrius s. patria Syro-Phoenicum lingua: Malchus: natus a. Ch. 233. natione Judaeus, professione Philosophus, fide Catholicus, sed ea temporibus Diocletiani abjurata, acerrimus illius hostis factus, Romae obiit Septuagenario major. In gratiam Chrysaorii, sui quondam discipuli, patricii Romani, qui Aristotelem satis intelligere requirerat, hanc Isagogen seu Introductionem exaravit. Vid. Fabric. Bibl. graec. lib. IV. c. 27. p. 181. et ibid. p. 204. Lucae Holstenii de vita et script. Porphyr. dissertat.